



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

ARGUMENTVM.

Persequitur adhuc Ioannes secundum Angeli visionem, quae totum hoc caput decimum, imo fere totum undecimum comprehendit. Quod attinet ad visionem imaginariam, primum videt Ioannes Angelum quendam fortem descendenter de caelo, amictum nube, & stantem capite iridem, cuius facies erat ut sol, & pedes tanquam columnae ignis, habebaturque in manu aperatum libellum. Secundo. Posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram, & clamauit voce magna in star rugientis leonis. Tertio. Cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua, quorum voces iubetur Ioannes signare, & prohibetur scribere. Quartio. Angelus, qui stabat super mare, & super terram, manus suam in caelum suscitavit, iurauitque per vicentem in secula seculorum tempus amplius non futurum: sed in diebus vocis septimi Angeli mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas, consummandum. Quinto. Audiuit Ioannes vocem de caelo ad se loquentem, ut de manu Angelis stantis super mare, & super terram, librum aperatum acciperet, quem cum accepisset, & ex pracepto eiusdem Angelis deuorasset illum quidem in ore tanquam mel dulce, sed in ventre tamen sensit amarum. Postremo, Dixit illi Angelus: Oportet te iterum gentibus, & populis, & linguis, ac Regibus multis prophetare.

CAPUT DECIMVM.

Et vidi alium Angelum fortem descendenter de caelo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquam columnam ignis & habebat in manu sua libellum aperatum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram: & clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de caelo dicentem mihi: Signa quae locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Et Angelus, quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manus suam ad caelum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit caelum, & ea quae in eo sunt: & terram, & ea quae in ea sunt: & mare, & ea quae in eo sunt: Quia tempus non erit amplius: sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut Euangelizauit per seruos suos Prophetas. Et audiui vocem de caelo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum aperatum de manu Angelis stantis super mare, & super terram. Et abiit ad Angelum dicens ei, ut daret nihilibet. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi